



16
924
COMMENTATIO
IVRIS PVBLICI GERMANICI

DE

D V C I B V S
C I R C U L O R V M

CONSCRIPTA

A

C A R O L O G V I L I E L M O
W I P P E R M A N N

PHILOS. ET V. I. D. HISTOR. GEOGRAPH. ET POLIT. IVRIVMQUE
P. P. O. PRIMAR. ORDINIS H. T. JCTORVM DECANO
ET VNIVERSITATIS LITTERATAE ERNESTINAE
PRO - RECTOR.

7h 1554 h



R I N T E L I I,
apud IO. BERNH. MÜLLER. 1779.

COMMISSIONATI
LVRIS ET IURIS ET CIVITATIS
GERMANNICAE

D A G I B A S
C H R O N O R U M

CONTINUATA

C A R O L O - Q A U T I E R M A S
W I D P T E R M A S

W I D P T E R M A S
T H I E R I C H T A R D A B E I G E R M A N I A
C H R O N O R U M
C O M M I S S I O N A R I U M
C O M M I S S I O N A R I U M
C O M M I S S I O N A R I U M





§. I.

INTROITVS.



In exponendo, per hoc semestre aestivum, iure Imperii Germanici publico occupatus, & materia de *Ducibus Circularum*, separato volumine, quantum mihi constat, nondum culta, iucunda tamen, lectissimisque floribus spargendis copiosa, nec nostris, quae vivimus, temporibus plane inutili, deletatus, argumentum hoc *de Ducibus Circularum*, libello hoc Academico persequi jamjam constitui.

§. II.

DEFINITIO DVCIS CIRCULI.

Per *Ducem Circuli*, Germanice *Kreiss-Obristen*, intelligo personam illustrem, cui tutela pacis publicae in circulo conservanda aut restituenda, executio sententiarum, in supremis Imperii Tribunibus latarum, milite Circulari, ex legibus Imperii, perficienda, ac summa Imperii in militiam Circulari, constitutionibus Imperii definita, est commissa. Nec omni ex parte ad stipulari possum Perill. IOANNI MAXIMILIANO DE GVNDERODE, qui in der gründlichen Untersuchung von dem Ursprung und heutigen Zustand des teutschen Kreisswesens, *Ducem Circuli* definit per eam personam, cui Imperium militiae Circularis traditum, & conservatio publicae in circulo quietis est commissa. Quoad enim primum huius definitionis membrum, si a casibus, in legibus imperii definitis, discesseris, *Dux Circuli* non Imperii bellici summan in Circulo tenet, quippe quod, maxime nostro aeo, est penes *supremum militiae circularis praefectum*, germanice den commandgenden *Kreiss-General en Chef*: Neque a me impetrare possum, ut totus Illustri CHRISTIANO ERNESTO WESTPHAL accedam, quippe qui in *Diss. statistico-historica de veris initiis circularum* §. 8 p. 20 per *Ducem Circuli* eum intelligit, qui maximam directionis partem habet in iis, quae rem bellicam & auxilium militare tangunt, cum maxima rei bellicae Circularis directio, in primis ipsum auxilium militare est penes eundem



eundem supremum exercitus Circularis praefectum, nec hic, si iuribus sibi commissis tenacius inhaeserit, facile patietur, ut Dux Circuli iis, quae ad rem bellicam Circularem spectant, se se immisceat.

S. III.

DVX CIRCVLI IN LEGIBVS IMPERII SALVTATVR

a) CAPITANEVS, Kreiss - Hauptmann.

Si in leges Imperii, in quibus de Ducibus Circulorum fermo est, paulo accuratiores inquirimus, perspicere nobis licet, illos variis fuisse insignitos nominibus. Initio, cum antiquis temporibus titulorum fastus nondum animis maiorum nostrorum insinuasset, & in primis Germani hoc ex prisca morum simplicitate diu conservassent, ut honorem & existimationem non ex inanibus verbis, sed rebus bene gestis haurire anniterentur, intra modestiores titulos compellatio Ducis Circuli substitut, & vocatus fuit CAPITANEVS, Hauptmann in dem Zirkel (Kreiss) R. I. 1512 §. 16. „Haben sie die Stände bewilliget, „dass sich jeglicher eines Hauptmanns in seinem Zirkel vergleichen wolle, & in der Erklärung des Landfriedens zu Nürnberg 1522. tit. IV. „dass „die Verwandte eines jeglichen Creises, desselben Hauptmann und Räthe, „tit. V. wie ein Kreiss mit Erwählung des Hauptmanns und der Räthe „mit allem Fleiss handlen sol etc. tit. VI. wann der Hauptmann und „die vier zugeordnete Räthe nicht bey einander wären etc. tit. VII. Ob ein „sonder Hauptmann zu sondern Sachen vom Regiment oder Kaiserlicher „Majestät, das sol den Kreiss-Hauptleuten keine Verhinderung gebähren etc. Eadem appellatio eines Kreishauptmanns occurrit in sanctione pacis publ. 1521 tit. IV. §. 4. Adhibuit iam adpellationem eines Hauptmanns D. Imperator ALBERTVS II. in Constitutione, qua Ordines Imperii, in Comitiis Norimbergensibus 1438 celebratis, in quatuor Circulos distribuit, & quae deprehenditur in IOANN. SCHILTERI Tom. II. Inst. Iur. publ. tit. 19 p. 339, IOANN. PHILIPI DATTII vol. rev. Germ. lib. I. Cap. 18 num. 28 p. 180, IOAN. CHRIST. LÜNIGII Cent. I. part. spec. des Reichsarchivs 1ster Abtheil. 1ster Absatz §. 28 p. 61, ubi verba occurunt: „Und des Kreises sol Hauptmann und Handhaber seyn. Imo ipse summus militiae Imperialis praefectus in ordinatione, quae vocata fuit der Rathschlag des Reichs wegen des Zuges wider die Hussiten Norimbergæ 1431 sancta, quam debemus SCHILTERO in Mantissa Iur. Publ. p. 38, solo nomine Capitanei & p. 72. eines Hauptmanns „so soll der Erzbischof von Köln ein Hauptmann seyn,“ fuit salutatus, quibus jungas, velim

velim R. I. Aug. 1500 tit. 52. der Hauptmann des heiligen Reichs. Plura testimonia lecturus, adi. IACOB. DAVID. MOEGLING de summo militiae Imperialis praefecto, von des heiligen Römischen Reichs Feldherrn Cap. I. §. 5 p. 10. Nec illo tantum temporis articulo, sed & anterioribus quoque temporibus summi belli dices in Germania non nisi CAPITANEI Hauptleute appellati fuerunt; id quod inde patet, quod ii, qui exercitum foederis Suevici, sociatis omnium foedere junctorum viribus, in bellum contra pacis violatores ducebant, mox des Landfriedens Hauptmann, DATT de pace Imp. publ. lib. 1 Cap. 21 n. 1, mox gemeine Bundes-Hauptleute, quorum initio duo, postea tres fuerunt, & primus eorum, der oberste Feldhauptmann audiit, fuere nuncupati; evolve DATTIVM l. c. l. 2 Cap. 5, 13, 25, 30. Vti enim divisio Germaniae pro tuenda pace publica in circulos successit in locum foederum, pro quiete publica patriae nostrae reddenda, tempore Imperatorum CAROLI IV WENCESLAI SIGISMUNDI initorum: ita & dignitas Ducis Circularis, iudice Perillustri de GYNDERODE von dem teutschen Kreiswesen p. 131 officio ducis foedere junctorum fuit substiuta; conjunctione Imperii Ordinum, ut aiunt, reali, situi terrarum Geographicco innixa, ut firmiore & solidiore, nexus illum, quem vocant, personalem, pacto suffultum, ad restituendam pacem publicam & eliminandam omnem vim privatam minus sufficientem, excipiente.

§. IV.

POSTEA b) Kreiss-Obristen.

Postea hi Capitanei Circularum titulo Kreiss-Obristen, qui stylo publico latino Dux Circuli exprimitur, condecorati sunt. Prima huius tituli mentio injicitur in formula executionis, R. I. August. 1555 adiecta, quam plurimum Germania studio Circuli Suevici, tranquillitatem publicam firmandi accenso, in primis singulari CHRISTOPHORI Ducis Würtembergiae prudentiae debet, DATT de pace publica p. 153, IOAN. AD. KOPP in eruditio libello, quem vocavit: gründliche Abhandlung von der Association der vordern Reichs-Kreisen, p. 62; si quidem §. 56 allegatae formulae cautum est: Und soll ferner zu einer beständigen Handhabung, Execution und wirklichen Vollziehung derselben, insonderheit in einem jeden Kreiss ein Oberster durch die Stände desselben erwählt werden etc. quibus §. §. 57 usque ad 103, praecipue §. 63 wie der nächste Kreiss-Obriste etc. §. 70 Kreiss-Obristen Amt etc. §. 79 Wahl eines Kreiss-Obristen von den Ständen etc. sunt addendi: Retinuerunt

nuerunt hunc titulum *Kreiss-Obristen* leges Imperii subsecutae,
 ORD. CAM. 1555 p. III. tit. 48 §. 9, R. I. RATISB. 1557 S. 70, R. I. AV-
 GVST. 1559 §. 30, RECESS. DEPUTAT. 1564 §. 14, 17, R. I. AVGUST. 1566
 §. 19, 20, 23, 28, FRANCOF. 1569 §. 28, SPIR. 1570 §. 22, RATISB. 1576
 §. 36, AVG. 1582 §. 29, RATISB. 1594 §. 28; imo in IPSIS P. O. TABU-
 LIS Art. IV. §. 2 PRAEFFECTI MILITIAE CIRCULARIS, *Kreiss-Obersten*
 nomine insigniuntur, quae appellatio etiam in edicto, quo Impera-
 tor FERDINANDVS III. exsecutionem ex pace Guestphalica perficiendam
 iniunxit d. 7 Nov. 1648 per universam Germaniam promulgato, ab
 hoc Imperatore adhibetur. Ex quo summus militiae Imperialis praef-
 ectus, qui haecenus Reichshauptmann nominatus fuit, splendidius
 elogium accepit, ornatus encomio *eines Obristen im Feld*, R. I. RATISB.
 1551, §. 55; *eines obersten Feldhauptmann*, R. I. SPIR. 1542, §. 23; *eines*
Feldobristen R. I. AVG. 1566, §. 52; *Generalobristen* R. I. RATISB. 1567, §. 33;
 ex eo tempore etiam praefecti militiae circularis titulo *eines Kreiss-*
Obristen salutari cooperunt. Nec silentio praeterire possum, ipsi Im-
 peratori in R. I. FRANCOF. 1569, Art. 47 munus das General-Obersten
Amt fuisse adscriptum, & Imperatorem LEOPOLDVM, in literis occasione
 successionis Gustrowiensis ad Regem Sueciae d. 13 April 1697 exara-
 tis, se ipsum der zehn Reichskreisen General-Obristen appellasse, ANT.
 FABRI. Staatskanzley T. III. p. 67, GOTTL. SAM. TREVER de titul. officiis
 Imperat. Augustissimi §. 22. p. 68. Neque tamen est, quod quis mihi,
 primam tituli *eines Kreiss-Obersten* mentionem demum in R. I. 1555
 factam fuisse, afferenti, antiquiores Imperii leges v. gr. R. I. RATISB.
 1532 tit. 5 §. 2, R. I. 1541. §. 74, quippe qui der Obern eines jeden Krei-
 ses jam tum temporis mentionem injecerint, opponat; in his duobus
 enim Imperii Recessibus per Obern eines jeden Kreises non duces militiae
 circularis (*die Kreiss-Obersten*.) sed ordines circuli principes intelligun-
 tur, quum his, ius reliquos Circuli status convocandi, in his duobus
 Imperii Recessibus vindicatur, quod praecipuum sanctiones Imperii
 Germanici publicae Circulorum Ducibus nunquam adscripserunt;
 Accedit, quod haec interpretatio sufficiatur R. I. AVG. 1530, §. 103,
 quippe in quo §. 103. die Obern des Kreises, qui postea Kreissausschreib-
 bende Fürsten dicti sunt, a Ducibus Circuli (*Kreiss-Obersten* s. *Kreishaupe-
 leuten*) disertis distinguantur verbis, & in ORDINATIONE CAMERALI
 1555 P. III tit. 48 §. 9 ordines Circulorum convocantes Obersten des
 Kreises appellati fuerunt.

DEIN c) Kreises General Feldmarschall.
 Antiquioris aevi stylus, licet in dispensandis honorum titulis admodum parcus fuerit; in nonnullis tamen Imperii circulis titulus *supremi Campi Mareschalli* duci huic Circulari proprius esse coepit. Ex quo enim circa medium seculi proxime elapsi supremus militiae Imperialis praefectus elogio *eines Reichs General-Feldmarschall* salutatus fuit; sic LEOPOLDVS GUILIELMVS Marchio Badensis, teste CASP. MICH. LONDORPIO Att. publ. Cent. IX Cap. 2, cui Cap. 14, 15, 27, 35, iungenda sunt, spartam hanc annexo encomio *eines Reichs General-Feldmarschalls* obtinuit: non multo post nonnulli Circulorum duces eodem hoc elogio salutari coeperunt, sic CHRISTIAN. ERNESTVS Marchio Brandenburgicus, qui avo defuncto CHRISTIANO 1635 in terras Baruthinas successit, primus in Circulo Franconico titulo *des Fränkischen Kreises General-Feldmarschall* condecoratus fuit, IOAN. IAC. MOSER teutsches Staatsrecht p. XXIX. Cap. 152 §. 26 p. 140; huius vestigiis dein institut eius filius GEORG. GUILIELMVS, quippe cui Circulus Franconicus munus *Ducis Circularis*, titulo *des Kreises General-Feldmarschall* ornatum, contulit MOSER l. c. Membr. XII. §. 2; p. 248, & eodem honoris titulo FRIDERICVS Marchio Brandenburgo-Baruthinus, qui 1763 diem obiit supremum, coruscavit, & hodienum CHRISTIANVS FRIDERICVS CAROLVS ALEXANDER Marchio Onoldino-Baruthinus titulo *des Fränkischen Kreises Obristen und General-Feldmarschall* splendet; Adi CAROLI FERDINANDI IVNGII Abhandlung von dem Fränkischen Kreis-Obristen-Amte in eius Miscell. T. IV p. 92, T. V. per totum, qui etiam T. III. Num. 3. p. 49 quaestionem exxit: Ob das kaiserliche Kammergericht die Facultät habe, in Sachen die Handhabung des Landfriedens belangend, den Kreissen oder Kreiss-Obristen etwas zu ge- oder verbieten. Similiter in Circulo Suevico hoc, quod vivimus, Seculo, Duces Würtembergiae EBERHARD. LUDOVICVS, CAROLVS ALEXANDER, eiusque filius CAROLVS, qui terras avitas iusto moderatoque imperio nunc iam regit, dignitate *Ducis* in Circulo Suevico sub titulo *des Schwäbischen Kreises General-Feldmarschall* fuerunt exornati.

OCCASIO ET ORIGO DIGNITATIS DVCIS CIRCULARIS.

Ad suppressandam vim pugnantium privatam, & compescendas, quas vocant, diffidationes, varia pacis tuendae gratia foedera inter

inter Germaniae cives inita fuerunt; Utilitas inde in omnem Germaniam redundans quum palam se ostenderet, & haec instituta sua se utilitate omnibus, quibus salus Germaniae curae cordique erat, commendaret, primus Imperator WENCESLAVS de solidiori & perpetuo foedere inter status Imperii pangendo consilia cepit, TREVER l.c. §. 8 p. 27, WESTPHAL l.c. §. 31 p. 69; ALBERTVS II. brevi regimine, sed pacis tuendae studio gloriosus, optimae spei princeps, si eum Germaniae fata diutius indulssissent, perennem adeptus laudem, Germaniam in quatuor 1438 divisit circulos; tandem MAXIMILIANVS I. 1495 stabilita pace publica, adornato Camerali Iudicio, & Germania in sex circulos divisa, divinum hoc negotium perfecit. Pro utriusque instituti sanctiore tutela constitutum erat, ut, si quis in rebus, pacem publicam & iustitiae administrationem conceruentibus, victus succubuerit, & sententiae in Camera Imperiali latae parere noluerit, iudex Camerae hanc contumaciam rei ad Comitia, singulis annis, aut, si periculum nullam cunctationem admitteret, ad convocationem iudicis Cameræ, habenda, denunciaret, & exsecutionem impetraret, Landfriede, tit. von der überführer des Friedens Enthalzung. In locum Comitiorum horum singulis annis convocandorum, ob maximos sumitus, in haec comitia impendendos, Regimentum Imperii 1500. substitutum, eique pacis & iustitiae exsecutio, Imperatoris nomine perficienda, fuit commissa, Ordnung des Regiments zu Augsburg 1500. tit. von dem zwanzigsten etc. alle des Königs, und des heiligen Reichs Sachen sind, und ihrer beiden Vollziehung und Handhabung etc. anstreßend, an keinen andern End, denn bey dem König und dem vorgemeldten des Königs und des Reichs Rath gehandelt werden sollen. Non diu substitutum Regimentum Imperii, A. RECHENBERG de Regimento S. R. I. in Diss. eius histor. polit. P. II. Num. 4. §. 34 p. 395. Exstincto illo iam ante annum 1512 pacis publicae tutela & sententiarium in Camera latarum exsecutio Circulis, quorum sex prioribus, quatuor eodem anno additi fuerunt, commissa fuit, ut intra hos decem districtus Duces Circuli mox creandi quieti publicae conservandæ invigilarent, & sententias, quas vocant Camerales, contra morosos, milite Circulari instructi, validæ darent exsecutioni. Sic ius exsequendi a Regimento ad Circulos, ab illius membris in primis von dem Reichs-Hauptmann ad horum duces die Kreisobristen translata fuit.

§. VII.

§. VII.

RECENSUS PRAECIPVORVM DVCVM IN CIRCVLIS a) BAVARICO.

Graviter iniunxerunt leges Imperii ordinibus, ut in singulis Germaniae circulis Dux Circuli eligeretur R. I. Col. 1512 §. 16, Erklär. des Landfriedens zu Nürnberg 1522 §. 3, 4, 5, R. I. Aug. 1555 §. 56, Recess. Deputat. Wormalt. 1563 §. 14, R. I. N. 1654 §. 178; cui sanctioni prudentissimae alii citius, serius alii circuli obtemperarunt, prout ex mox subiuncto recensu ducum in circulis lectorum elucescit, quem ex ipsis rerum gestarum monumentis erutum iam nunc delineare mihi liceat. Sic in *Circulo Bavario* 1531 LVDOVICVS Dux Bavariae lineae Landshutensis, eo mortuo 1545 GVILIELMVS IV, quo morte extincto, eius filius ALBERTVS V, post huius mortem, quae 1550 contigit, filius eius GVILIELMVS, &, facta ab hoc 1558 resignatione MAXIMILIANVS, qui munus Ducis Circularis per annos 53 gessit, hocque vita 1651 orbato, filius FERDINANDVS MARIA Elector Bavariae Duces Circuli electi fuerunt, sub quo per Recess. Circ. Bav. mense Ian. 1653, haec dignitas Ducis Circularis lege quali succedendi in electores & Duces Bavariae MAXIMILIANVM EMANVELEM, CAROLVM ALBERTVM, MAXIMILIANVM IOSEPHVM, ultimum stirpis suae masculum, praematura morte 1777 abreptum, translata fuit, MOSER l.c. l.3, cap. 152, p. 244, ANT. FRIEDR. BÜSCHING, *Erdbeschreibung* p. III. T. II. p. 460, IOAN. STEPHAN. PÜTTER, *Handbuch von den besondern Staaten von Deutschland*, p. I, Sect. 11, §. 6, n. 1, p. 323, WIGVL. XAV. ALOYS. L. B. de KREITMAYR, in dem Bayrischen Staatsrecht, §. 132, p. 249. Non ergo, ut quidam putant, haec dignitas tacito ordinum Circuli Bavarii consensu ad hos Electores fuit devoluta.

§. VIII.

b) IN CIRCULO SVEVICO.

Eodem, quo in Circulo Bavario Dux Circuli electus fuit, anno 1531 statutus Circuli SVEVICI WOLFF Comitem Montfortensem Ducem copiarum Circularium, contra Turcas in Hungaria militantium, elegerunt, ita, ut ipso absente, conservandae in ipso Circulo paci publicae, praeter Procuratorem Austriacum, qui tum temporis, electo VIrico Duce Wierembergiae, pro FERDINANDO, ducatum administrabat, PHILIPPVS Marchio Badenis sub titulo DUCUM Circuli domestico rum invigilarent. Postea hanc spartam in Circulo SVEVICO obtinuerunt 1556 GVILIELMVS Comes Ebersteinensis, dein GEORGIVS Comes Helfenstein-

❧ ❧ ❧

fensteinensis; tandem hoc munus 1562 CHRISTOPHORO Duci Würtembergiae, prudentissimo sui aevi principi, collatum fuit, quo 1568 ex vita discendente CAROLVS Marchio Badensis illud interea exercuit, usque dum in LUDOVICVM Ducem Würtembergiae eodem anno translatum fuit, qui eo officio 1591 se quidem abdicavit, ast tamen id usque ad obitum suum sub titulo *Kreiss-Obristen Verwalter* obiit, quo 1593 defuncto, haec dignitas usque ad annum 1622 inter vacavit, quippe quo anno munus Ducis Circuli JOANN. FRID. Duci Würtembergiae fuit collatum, CHRISTIAN. FRID. SATTLER *allgemeine Geschichte Würtembergs unter der Regierung der Herzogen* p. V. §. 3; MOSER *von der teutschen Kreiss-Verfassung*, p. X. des neuen Staatsrechts, cap. 12 §. 25 p. 469; post cuius discessum ex vita FERDINANDVS CAROLVS Archi-Dux Austriae 1656, eandem dignitatem, reclamante EBERHARDO III. Duce Würtembergiae, irrito licet conatu, affectavit, MOSER *in dem ältern teutschen Staatsrecht* I. c. p. 243. Tandem ad Duces Würtembergiae, EBERHARDVM LUDOVICVM, CAROLVM ALEXANDRVM, & CAROLVM iam nunc regnantem, sub splendidissimo titulo *des Schwäbischen Kreises Generalfeldmarschalls*, functio huius munera militaris transit.

§. IX.

c) IN CIRCULO FRANCONICO.

Series Ducum in Circulo FRANCONICO electorum haec est; Primus Dux huius Circuli 1532 electus fuit FRIDERICVS Marchio Brandenburgicus, 1542 in hac dignitate militari GEORGIVS ERNESTVS Comes Hennebergensis successit: Hoc mortuo hanc dignitatem 1556, frustra Episcopo Herbipolitano eam appetente, adeptus est GEORGIVS FRIDERICVS Marchio Onoldinus, quo hanc 1563 resignante, sequenti anno LUDOVICVS CASIMIRVS Comes Hohenloicus electus, huicque GEORGIVS LUDOVICVS Comes Seinsheimensis substitutus fuit, quam spartam 1572 cum refutasset, in eius locum denuo suffectus fuit laudatus modo GEORGIVS FRIDERICVS Marchio Onoldinus, post cuius mortem CHRISTIANVS sator stirpis Baruthinae 1606 eam obtinuit, quoque 1655 defuncto, hoc munus in Circulo Franconico usque ad 1664 intervacavit, quo anno illius nepos & successor, CHRISTIANVS ERNESTVS hac dignitate ornatus, 1712 diem obtinuit supremum; hic CHRISTIANVS ERNESTVS primus in Circulo Franconico titulum Ducis Circularis cum elogio splendidiori supremi, quem vocant, Campi Mareschall (*des Fränkischen Kreises General-Feldmarschalls*) commutavit, §. V, quo encomio

encomio eius successores in terris Baruthinis **GEORGIVS GVILIELMVS**, 1726 mortuus, & 1741, postquam per annos in hoc circulo vacans fuit hoc munus, **Fridericus**, Marchiones Brandenb. simili modo fuere salutati. Lites quoad hanc dignitatem militarem in Circulo Franconico obortas recensent **MOSER l. c. p. 46-141**, & **IVNG von dem Fränkischen Kreiss- Obristen Amte**, p. 6. **Miscellan. p. 112.** — Consule praeterea **IOAN. CHRISTOPH. HIRSCH**, *kurze Beleuchtung des Ursprungs und Beschaffenheit des Kreiss- Obristen Amts insgemein, und des Fränkischen Kreises ins besondere. Anspach 1766. 4.* Nunc hanc spartam tuerit **Christianus Frid. Carolus Alexander Marchio Brandenburgo-Onoldino- Baruthinus.**

§. X.

d) IN CIRCULO SAXONICO SUPERIORE.

Paulo serius, 1555 eadem dignitas in Circulo Saxonicō superiore instituta, ac **AVGVSTO** Electori Saxoniae, 1588 filio eius **CHRISTIANO I.** Electori, 1592 **FRIDERICO GVILIELMO** Duci Saxo-Altenburgico, tutori Electoris minoris **CHRISTIANI II.**, 1612 **IOAN. GEORGIO I.**, 1658 **IOAN. GEORGIO II.**, collata fuit; cuius post mortem hac dignitate in hoc Circulo funetus quis fuerit, eruere mihi non licuit: Quum vero inde ab anno 1683 nulla comitia in hoc circulo celebrata essent, delectus novi Ducis Circularis vix haberi potuit; si tamen fides adhibenda est solertissimo alias scrutatori **IOAN. FRID. PFEFFINGERO**, *T. II. Vitriar. illustr. l. 2 tit. 6 §. 12. litt. o. p. 1099*, hoc munere circulari etiam ornatus fuit **FRID. AVGVSTVS I.** Poloniae Rex, & Elector Saxonicus.

§. XI.

e) IN CIRCULO SAXONICO INFERIORE.

Anno, R. I. Aug. 1555 conditum proxime sequenti, status Circuli *Saxoniae inferioris* Ducem Circuli Christianum III Regem *Daniae*, ut Ducem *Holsatiae*, 1583 **ADOLPHVM** Ducem *Holsatiae*, sub finem Seculi XVI. **HENRICVM IVLIVM** Ducem *Brunsvicensem* & Episcopum *Halberstadiensem*, 1614 **CHRISTIANVM** Ducem *Brunsvicensem* eundemque Episcopum *Mindensem*, 1619 **GEORGIVM** Ducem *Brunsvicensem*, ut substitutum prioris, 1625 **CHRISTIANVM IV.** Regem *Daniae*, ceu Ducem *Holsatiae*, 1653 **CHRISTIANVM LVDOVICVM**, & 1672 **GEORGIVM GVILIELMVM** Duces *Brunsvicenses* elegerunt, post cuius mortem dignitas Ducis Circularis, ob comitia in hoc seculo, inde ab anno 1612, non amplius frequentata, exspiravit.

f) IN RHENANO SUPERIORE.

Nec segniores, statibus Circuli Saxonici inferioris fuerunt ordines Circuli Rhenani superioris, si quidem 1556, postquam PHILIPPVS Magnanimus totius Hassiae fortissimus princeps hanc dignitatem modeste declinavit, WOLFGANGVM Comitem Palatino-Bipontinum, 1560 REINHARDVM, & 1588 ERNESTVM Comites Solmenses, 1591 RICHARDVM Comitem Palatino-Simmeranum, status circuli huius elegerunt, quo 1598 morte extinto, de dignitate hac toti Serenissimae familiae Hassiacae in omne posterum tempus conferenda, consilia ceperunt, quae licet omni ex parte non effectui fuerint data, Landgravius MAVRITIUS Hasso-Casselanus tamen 1599 fortissimis ablegatorum Circularium suasionibus commotus, munus hoc Circulare satis arduum in se recepit, MOSER l.c. Membr. 7 §. 6 p. 149. Inter bellum, quod Germaniam per triginta annos devastavit, Imperator Ferdinandus III, 1637 officium hoc militare Georgio II, Landgravi Hasso-Darmstadtino, ringentibus licet multis Circuli ordinibus, commisit, quo defuncto, ob interna dissidia inter ordines huius Circuli gliscientia, suffectio Duci in Circulo hoc Rhenano superiori per longum tempus quievit, Comite Evangelico Nassovio-Weilburgico, penes quem tum temporis sumnum exercitus Circularis Imperium erat (*commandirender General der Ober-Rheinischen Kreissvölker*) maiore instructo potestate. Cuius post obitum ERNESTVS LUDOVICVS Landgravius Hasso-Darmstadtinus inde ab anno 1719, ut paritas religionis in hoc Circulo mixto, per mutationem, quae ratione Ducatus Simmerani morte Electoris Palatini Caroli 1685 contigit, suppressa, aliquantum restituatur, omnem impendit operam, ut dignitas Duci in hoc Circulo restauraretur, restaurataque sibi, ut Principi Evangelico conferretur; quae per aliquot annorum spatium in Comitiis huius Circuli agitata fuerunt, prolixe recenset MOSER l.c. membr. 7 §. 13 p. 156; tandem voti iustissimi compos redditus fuit post annum 1721 laudatus Landgravius ERNESTVS LUDOVICVS; argumenta huius postulati, legibus Imperii disertis innixi, exposita sunt, in limitatissima, a Perillustri GUILIELMO LUDOVICO de MASKOWSKY, intimo Landgravii Hasso-Darmstadtini rerum publicarum administristro conscripta deductione, cui titulus praemissus: *Considerationes über den in dem Ober-Rheinischen Kreise sich dermalen rührenden Punkt der Wiederherstellung des Kreis-Obristen Amtes Gc. inserta IOAN. CHRIST. LÜNIGII selectis*

*etis scriptis illustrium p. 345 - 386, & GEORGII MELCHIOR. de LVDOLF
Symph. consult. & decis. Vol. III. p. 389. Eamdem dignitatem mor-
tuο 1739 patre, post longam item, inter huius circuli principes & co-
mites de hoc munere circulari conferendo, agitatam, recepit 1750
LUDOVICVS VIII. BÜSCHING, l.c. p. III t. 2 p. 934, quod, hoc 1763 mor-
te extincto, quantum mihi constat, in hunc usque diem intervacat.*

§. XIII.

g) IN CIRCULO ELECTORALI RHENANO, h) RHENANO INFE-
RIORI - WESTPHALICO, i) AVSTRIACO, k) BVRGVNDICO.

Vnum modo ducem ex *Circulo Electorali Rhenano* excitare pos-
sum, FRIDERICVM Electorem Palatinum, ad dignitatem hanc in hoc Cir-
culo, ratione religionis pure Catholicis annumerando, exercendam,
anno 1555 electum. Eodem modo sub finem Seculi XVI. manus
ducis in *Circulo Rhenano inferiori Westphalico* obiit SIMON VI. Comes Lip-
piacus, &, Seculo XVII. ad finem inclinante, Praesul, ille Heros,
Monasteriensis CHRISTOPH. BERNHARDVS ex incluta & nobili familia de
GAHLEN natus, 1671 ambiit collationem huius dignitatis, sed spes eum
fefellerit; iucunda fane lectu sunt, quae de hoc argumento literis man-
davit SAMUEL VON PUFFENDORF de rebus gestis Friderici Wilhelmi Elec-
toris Brandenburgici l. II §. 21 p. 756; plura exempla ex his duobus cir-
culis me fugiunt. Plerique JCTorum quidem arbitrantur, in circulis
Austriaco & Burgundico nunquam Duces circularares fuisse delectos,
MOSER tamen von der Teutschen Kreifs- Verfassung p. X. des neuen Teut-
schen Staatsrechts, Cap. 12 §. 20 p. 459, Georgium Comitem Helfen-
steinensem prioris Circuli Ducem 1555 electum nominat; cuius ratio
facile perspici potest, cum uterque hic circulus tantum non omnis
unius principis potestati est subiectus.

§. XIV.

RATIOCINATIONES EX §§. ANTECEDENTIBVS ELICITAE.

Ex iis, quae ex rerum gestarum monumentis hauta tradi-
dimus, nonnullae ratiocinationes elici possunt. In uno circulo
nulli plane circularum Duces unquam creati sunt; confirmat id circulus
Burgundicus, in *aliis creati initio*, sed dignitas haec mox exolevit;
comprobant id Circuli *Electoralis Rhenanus*, *Rhenanus inferior Guest-
phalicus & Austriacus*: In aliis manus *Ducis Circularis* per multum tempus
substituit quidem, sed tandem dignitate multo insigne der Kreiss-
auschrei-

¶ ¶ ¶

auschreibenden Fürsten absorptum fuit, id quod circulus uterque Saxonius corroborat, illustr. IOAN. STEPHAN. PÜTTER in *Instit. Iur. publ. l. 2 cap. 6. S. 111 p. 104*, & in *I. P. G. l. I cap. 7 S. 139, p. 201*, maxime cum in utroque Comitia celebranda inde ab annis 1682, 1683, in desuetudinem abierunt; in nonnullis circulis haec dignitas lege quasi succedendi ad certam pervenit illustrem familiam, & quidem vel pacto, uti in circulo *Bavarico ex Recessu Circulari 1653 condito ad familiam Bavaram S. VII*, vel observantia, legis vigorem habente, quippe quae in circulo Saxonico superiore obtinet; in aliis circulis haec dignitas adhuc dum inconcussa & salva permanxit, liberae ordinum circularium electioni subiecta, id quod in circulis Suevico, Franconico & Rhenano superiore deprehendere licet: in aliis circulis hoc munus superioris dignitatis des *Kreisses General-Feldmarschall*, encomio est ornatum, siquidem hoc elogium in circulis Franconico & Suevico usu & observantia est introductum. Tandem haec dignitas in circulo Rhenano superiore, circulo licet, habita ad religionem ratione, mixto, inde a tempore sacrorum repurgatorum, semper Augustanae confessioni addictis collata est circuli ordinibus.

§. XV.

QUALITATES DVCIS CIRCVLARIS a) SIT ELECTVS AB
ORDINIBVS CIRCVLIS.

Leges Imperii sanxerunt, ut Dux Circularis ab omnibus & singulis circuli ordinibus eligatur, R. I. COLON. 1512 S. 16 § Und als hie bevor &c. Erklärung des Landfr. zu Nürnberg, 1522, tit. V. Wie ein Kreiss in Erzählung &c. R. J. Aug. 1555, S. 56, R. J. N. 1654, §. 178; quae igitur durante bello tricennali in Circulo Rhenano superiore circa constitutionem Ducis Circularis 1637, ab Imperatore Ferdinando III. suscepta sunt, libertati ordinum circularium adversa, ad tollendam claram legum Imperii circa Ducem Circuli eligendum dispositionem minus sufficiunt, cum ipsa pax Guestphalica art. IV, §. 49 I. P. O. omnes sententias, durante bello tricennali de negotiis mere licet secularibus iatas, ab omni effectu suspensas pronunciavit, & legibus Imperii novioribus interna cuiuslibet circuli constitutio cuiusque dispositioni est relicta, Sanctio Imperatoria 1742. art. 4, IOAN. GEORG. ESTOR, de summa circulorum libertate ratione bellicorum, civilium & economicorumque §. 40, p. 23, & ex editione secunda æquiore sub inscriptione: de restricta agendi appellandi facultate ratione

tione bellicorum, civilium, & oeconomicorum, de quibus circuli Germaniae statuerunt, §. 42, p. 24. Et, si quae Imperatori circa electionem Ducis Circularis ex R. I. Col. 1512, §. 16, competere iura videntur, ad suffragium tantum, quod vocant, negativum restringenda est haec sanctio, si forsan persona muneri huic sustinendo minus apta, quae publicam in Germania quietem turbare potius possit, quam conservare, Dux ab ordinibus Circuli eligatur.

§. XVI.

b) DVX CIRCVLI SIT GERMANVS LICET c) NON SIT IPSE
STATVS CIRCVLARIS.

Leges quidem Imperii non disertis verbis praecipiunt, ut non nisi Germanus Dux Circuli eligatur; ipsa tamen huius muneris Circularis indeole convincimur, illud non nisi a Germano sustineri posse, in primis cum leges Imperii noviores carent, ut officia Imperii, etiam si minora, non nisi Germanis committantur Cap. Nov. Art. 23. §. 4. Aetris lis inter Imperatorem Ferdinandum II, & Circulum Saxonum inferiorem 1625 enata, cum Christianus IV Rex Daniae ab huius Circuli ordinibus dux eligeretur, §. XI, Ferdinando II hanc suffectionem legibus Imperii contrariam & irritam declarante: telum Imperator Ferdinandus II. ex R. I. Aug. 1555 §. 59 § Und sollen diejenigen etc. de promtum in Regem Daniae in literis d. 3 Aug. 1625, ad ipsum exaratis emisit, scribens: „Dass die Reichs-Constitutionen das Kreiss- „Obersten Amt nur denen aufzutragen verordnet, so mit Pflichten allein „dem Römischen Kaiser, als des Reichs Oberhaupt, und dem Kreiss zuge- „than, und sonstens sich keiner andern Verpflichtung unterworfen befinden.“ Inseruit has literas LONDORPIVS Actor. publ. T. III. l. 8 Cap. 51 p. 820, Regisque Daniae responsonem d. 23 Aug. 1625. p. 821. Verum allegata modo sanctio Imperii extraneum non penitus excludit a munere ducum, modo imperio sit subiectus, nec illos arcet, qui imperio & aliis simul sunt obligati, modo hoc vinculo, quo cum extraneo sunt iuncti, non impediuntur, quo minus ea expedire possint, quae ipsis, vi muneris huius Circularis, expedienda incumbunt; ab omni alia obligatione, priusquam recipientur, soluti esse debent, qua impediri possunt, quo minus hoc munus Circulare exercere possint. Nostra haec explicatio dictae constitutionis firmatur verbis §. 59 adiecitis: „Außerhalb der Kreissachen aber mögen sie wol in denselben Pflichten und „Verwandtnissen stehen und bleiben, damit sie sonst jemand verpflicht oder „in

„in Verpflicht oder in Verwandtschaft zugethan etc. Accedit, quod Rex Daniae duplēcē, tum Regis, tum Ducis Holsatiae, personam re-praesentaverit, & ut Rex Daniae, ab alterius potestate haud dependens, nullo vinculo subiectionis cum alio fuerit iunctus: Nec desunt exempla, iam antiquiore tempore, Christianum III Regem Daniae 1556, & 1583 Adolphum Ducem Slesvico-Holsatiensem a Circulo Saxonico inferiore fuisse suscep̄tum. Neque tamen necessarium est, ut Dux circuli eligendus simul sit ipse status Circularis R. I. Ang. 1555 §. 57, §. und auf den Fall etc. licet inter Ducem ex ipsis Circuli Ordinibus electum, & Ducem extraneum, statibus Circuli, cuius Dux creatus est, haud annumerandum, insignis intercedat differentia, infra exponenda.

S. XVII.

d) SIT PERSONA ILLVSTRIS LICET MODO SIT COMES

e) ETIAM DIRECTOR CIRCULI.

Declaratio pacis public. Norimb. 1522. tit. 3. welcher gestalt verbis:
 „Und soll darauf jeder der jetzt gemeldten Kreissen einen Hauptmann, der „ein Fürst, Freiherr, oder sonst ein trefflicher weltlicher Stand, und zu „solchem fleißig und geschickt, erwählen etc. ratione dignitatis eligendi ducis non distinguit, utrum Dux Circuli sit Princeps, an vero Comes, vel Dynasta; quin potius hos dignitatis huius capessendae capaces diserte pronunciat. Cum hac sanctione Recessus Imp. Aug. 1555, qui qualitates in eligendo Circuli duce necessarias §. 57, 58 delineat, disponens, ut talis Dux esse debeat: ein Kreissausschreibender Kurfürst, Fürst, oder ein anderer fürnehmer Stand, eine tapfere, tügliche, redliche Kriegerfahrene Person, amice conspirat. Comites in Circuli Duces fuisse electos, comprobat recensus Ducum in singulis Circulis electorum §. VIII usque ad §. XIV conscriptus, ex quo appareat, in Circulo Suevico 1556 Guilielum Comitem Ebersteinensem, & postea Georgium Helfensteinensem; in Circulo Franconico 1542 Georgium Ernestum Comitem Hennebergensem, 1564 Ludovicum Casimirum Comitem Hohenloicum, & Georgium Ludovicum Comitem Seinsheimensem; in Circulo Rhenano superiore 1560 Reinhardum, & 1588 Ernestum Comites Solmenses, in Westphalico sub finem Seculi XVI, Simonem VI Comitem Lippiacum, in circulo Austriaco Georgium Comitem Helfensteinensem circulorum Dukes fuisse optatos. Neque minus Director Comitiorum Circularium, Kreis-Director,

Director, sive Circuli, qui Germanico stylo publico vocari solet *Kreis-ausreibender Fürst*, Dux eligi potest, R. I. 1555 §. 56, 57. qualitates enim, quae in utroque requiruntur, simul in una eadem que persona possunt combinari; Vtraque si in una persona coalescit, altera alteram dignitatem firmorem reddit, multaeque contentiones, quae inter Ducem & Directorem circuli enasci possunt, evitantur. Felici tali nexu utraque dignitas in circulo Bavario in Electore & Duce Bavariae est devincta; Duces Wurtembergiae, Comitorum circularium in Suevia Directores, dum per hoc fere, quod vivimus, seculum, simul partibus Ducis in hoc circulo perfuncti, sunt, multis in rebus maximo huic circulo usui fuerunt. Eodem modo munus Ducis Circularis in utroque Saxonico circulo in Directores saepius fuit translatum.

S. XVIII.

f) SIT LAICVS NON PERSONA ECCLESIASTICA.

Eadem declaratio pacis publicae Norimbergae 1522 promulgata tit. 3. *Vnd sollen etc. iubet, ut ex ordinibus Circuli secularibus (sonst ein treflicher weltlicher Stand)* Dux eligatur. Nihilo tamen feci multi virorum, praeclara eruditionis laude ornatorum, in contrarium descendere sententiam non dubitarunt, IOAN. IACOB BRVNNEMANN in *Iur. publ. prud. p. 134*, PHIL. AD. VLRICH de *systemate civitat. Germ. s. divisione regni German. in decem circulos, & politia circulos. Cap. 2 §. 2 num. 2 p. 50*, PFEFFINGER l. c. §. 14 lit. c. p. 1102, IOAN. AD. HARTMANN de *iure director. in circul. S. I. R. G. §. 16 p. 15*, WESTPHAL l. c. §. 8 n. 6 p. 21, IOAN. GEORG. PERTSCH in annotat. ad *Compend Iur. publ. Germ. Schmauß. l. I Cap. 2 §. 2 p. 265*, refutatus a FRANCISC. DOMINICO HAEBERLIN, not. o pag. 265, ANDR. GAIL. l. I obseru. 30 n. 1, 4, 5, p. 56, aliquique, quibus adiunge CAROL. FRIDR. NECKER, (patrem intimi Regis Galliae ministri, qui nunc huic a consilio aerarii publici est) in *dem Staatsrecht des H. R. Reichs teutscher Nation p. 258*, qui libellus in Gallicam linguam 1741, eo, quo Teutonica conscriptus fuit, anno versus, & sequenti insignitus elogio: *Description du Gouvernement present du Corps Germanique, appelle communement le St. Empire Romain, Genev. 1741 8 prodiit, & non nisi ex errore a nonnullis pro duobus, iisque diversis, libris habetur; subdubitare quoad hanc controversiam videntur GABRIEL SCHWEDER in introd. in Ius publ. Germ. part. gener. Cap. 5 §. 12 p. 150, DIED. HERM. KEMMERICH in introd. in Ius publ. S. I. R. G. p. 1348,*

G

VON

VON GUNDERODE l.c. p. 134, MOEGLING, l.c. §. 13 p. 69; Rationes, ad quas tuendae, quam fovent, opinionis gratia provocant, sunt hae: status, inquiunt, ecclesiasticos duplēam personam sustinere, tum personae ecclesiasticae, tum, habita ad imperium Germanicum ratione, secularis principis, illos bella capessere, militiamque auspicari, nec rigorem iuris Canonici, quod clericos ab omni militia arcet, quoad eos in Gallia aequē ac Germania esse receptum, sanctionem in declaratione pacis publicae contentam per R. I. AVG. 1555 §. 57 verbis: da aber in einem Kreiss, aus den andern Ständen, als Praelaten, Grafen, Herren und Ständen Personen zugeordnet, fuisse correctam atque sublatam, illos ad pacem publicam tuendam & promovendam non minus, ac status seculares, vinculo iurisiurandi esse adstrictos, nec deesse exempla, praefules Germaniae Ducis Circularis munere fuisse ornatos, si quidem Henricus Episcopus Herbipolitanus 1555, & seculo proxime elapso Christophorus Bernhardus praeful Monasteriensis, Henricus Iulius Episcopus Halberstadiensis, & Christianus Episcopus Mindensis munere Ducis Circularis fuerint perfuncti; omnia haec argumenta, specie licet non destituantur, me convincere tamen non possum, ut a mea discedam sententia. Quamvis enim praefules Germaniae militiam subinde sint secuti, haec tamen omnia ab ipsis per vim, temere, turbulente & quasi per furorem, ringente praefule romano, sunt gesta, nec status ecclesiastici in Comitiis congregati vel voluerunt, vel potuerunt suo consensu adprobare legem Imperii, constitutionibus ecclesiasticis plane adversam; neque ex cura, pacem publicam in Germania conservandi, ipsis incumbente, colligere licet, praefulibus Germaniae gratiam ad militiam eundi, fuisse factam; praefules insuper Germaniae, quotquot iurisdictione criminali sunt instructi, ordines quamquam sint Imperii Germanici, nulli tamen iudicio sanguinis intersunt, nec ullam sententiam criminalem sua firmant subscriptione: per Recessum, quidem 1. AVG. 1555 §. 57 verbis: da aber Sc. praefules Germaniae ad munus Confiliariorum Germanice Reichs-Räthe, sive adiuncitorum (lingua vernacula zugeordnete) admissi fuerunt, adeoque ratione huius muneris circularis dispositio in declaratione pacis publicae 1522 promulgatae tit. 3 verbis: auch vier weltliche ehrbare Personen facta, rursus sublata vel potius correcta fuit. Iam vero nemini non constat, omnem legem corrigentem non nisi strictam admittere interpretationem; id quod eo magis ad deciden-dam hanc controversiam applicari debet, cum insignis differentia in-
ter

ter Duceſ & adiunctos circulorum intercedat, nec firma conclusio ab his ad illos duci poſſit; dispositio igitur constitutionis Imperii 1522 nec expreſſe, nec tacite per r. i. AVG. 1555 eſt revocata; memoria insuper rerum, in Germania geſtarum, contradicit, Henricum ex nobili familiā Zobeliana Franconica ortum, & ad ſedem Heribopolitanum promotum, in Comitiis Franconici circuli Ochſenturthiae celebratis, Ducem iſtius circuli fuſſe creatum; ambiit quidem hanc ſpartam, ſed, reclamante legato Brandenburgico, illam non obtinuit, MOSER l.c. membr. 4 §. 3 p. 47 - 54: excidit etiam ſpe, nanciſcendi dignitatē Ducis, in Circulo Rhenano inferiore Gueſphalico Chriſtophorus Bernhardus Praeful Monasteriensis, §. XIII; ne dicam, Principes Brunsuicenses Henricum Iulium & Chriſtianum Epifcopos Evangelicos fuſſe, haud adſtrictos ad obſervandas conſtitutiones canonibus & epiftolis pontiſcum introductas, terras ſeculareſ insuper poſſidenteſ; praeterea in Circulo Electorali Rhenano 1555 eamdem Ducis dignitatē archiepifcopus Colonienſis, & in Circulo Bavariſco 1705 archi epifcopus Salisburgensis, licet fruſtra, referente MOSER l.c. membr. 6 p. 141, & membr. 2 p. 40, ambierunt; nullum fane ex omni patriae noſtræ historia exemplum allegari potheſt, unquam praefulem Germaniae muṇuſ Ducis Circularis reaſpe ſubſtinuiffe.

§. VIX.

DUX CIRCULARIS NON PRAECEDEIT ALIOS NEC PRAERO-
GATIVAM HABET.

Quantacunque autem Ducis in Circulo ſit poſteſtaſ, nihil tamen ſeciuſ Dux aliuſ ſtatū circuli, qui maiores eſt adeptus dignitatē, non praecedit; Declaratio pac. publ. 1522 tit. welcher geſtalt, quo minus Comiti vel Dynaſtae confeſatur muṇuſ Ducis Circularis non interdicit, quis vero ſtatuet, tali Comiti ut Duci Circulari prae altero ſuo conſtuſ, qui electorali forſan dignitate eſt ornatus, prooedriam eſſe indultam? ipsa analogia iuriſ publici hoc comprobat. Director Circuli non praecedit Electorem, eiusdem circuli membrum, id quod in circulo Saxonie inferioris noſtra aetate nunc obtinet. Archidux Austriae & Archiepifcopus Salisburgensis, ſingulis ſeſſionibus, alternarum iure praefidenteſ, ratione Directorii vero invicem variant, ita, ut Archidux Austriae, licet reaſpe dirigat, Salisburgensi tamen ſaepe ſedeat inferior, ſuffragiumque tertium exponat; Salisburgensi vero toties poſt legatum Austriae ſedet, quintum ſuffragium ferat,

❧

directione licet in senatu principum fruatur. Aliud proferam huius argumenti exemplum: circuli Rhenani inferioris Guesthalici directio est penes praefulem Monasterensem, & hic tamen Paderbornensi ordine est inferior. Neque etiam Dux circuli ullam prae aliis eiusdem circuli ordinibus praerogativam sibi vindicare potest. Provide hac de re cavit R. I. AVG. 1555 §. 73, „dass er, der Kreisobrste, dadurch sich keiner Hoheit über andere Stände annehmen, noch sich unter dem Schein dieser Amtsverrichtung in einige Superiorität über die andere eindringen, oder seiner Gewalt und Macht über sie, dann ihm, vermöge der Ordnung zugestellt, anmassen solle.“

§. XX.

DIFFERENTIA a) INTER DVCEM CIRCVLI PRINCIPEM ET NON PRINCIPEM.

Caute R. I Aug. 1555 §. 58, inter Ducem Circuli, qui elo-
gio Principis coruscat, & eum, qui hac dignitate non est ornatus,
distinguit. Dux Circuli, qui Principis dignitate resulget, generosa tantum
fide, bey Fürstlichen Würden und wahren Worten spondet, se ea, quae mu-
neris rationes postulant, ex religiosa fide observaturum esse, atque
adimpletur: Si quis vero ex Comitibus vel Dynastis a Circulo Dux
electus fuerit, ad iusurandum, quod vocant, corporale praefandum
est adstrictus. Formula promissi in allegato modo R. I. §. 58 praescripta
est his verbis: *dass er keinen Stand des Reichs geistlich oder welt-
lichen vor dem andern ansehn, sondern sich gegen alle gleichmässig halten,
auch des Creises Hülfe nicht in eigenen, sondern des Creises und desselben
Ständen gemeinen Sachen, darzu sie von dem Creise bewilligt und erstatet,
gebrauchen wolle.* Quandoque tamen in hoc vel illo circulo accidit,
ut peculiaris norma, temporum vicissitudinibus adtemperata, & a
Duce Circulari observanda, huic fuerit praescripta.

§. XXI.

b) INTER DVCEM CIRCVLI EXTRANEVM, ET EX NVMERO ORDINVM CIRCVLI ELECTVM.

Dux Circuli ex ipsis tali circulo adscriptis ordinibus sufficitus
per substitutum officii sui partes expedire potest; extraneus Circuli
Dux vero ipse functiones munieris sui exequi tenetur, R. I. AVG. 1555,
§. 58, verbis: *Und da ein Kurfürst, Fürst, oder ander fürnehmer Stand
in einem Kreiss zu einem Obristen gezogen oder zugeordnet würde, und der-
selbe*

Jelbe Jeines Amtes nicht in eigener Person vorseyen könnte, derselbe Kurfürst oder Stand soll alsdann, an seine Statt eine andere tapfere, tügliche, redliche Kriegserfahrne Person darstellen etc. Christianus Dux Circuli Saxonici inferioris substituit 1619 fratrem suum Georgium, cui tunc titulus eines Unter Obristen, oder General-Obrist-Lieutenants fuit tributus, MOSER l. c. membr. 8, §. 5, p. 186. Altera differentia haec est: Status Circuli Dux electus ad operas sui Circuli Ordinibus gratis praestandas est obstrictus; extraneo vero, in quem munus Ducis circularis est translatum, integrum est, pro operis circulo praestandis salarium sibi exigere, R. I. AVG. 1555, §. 57 verbis: Und auf den Fall ein Kur-Fürst, Fürst, oder ein anderer fürnehmner Stand zu dem Amt eines Obristen gezogen --- ohne Wartgeld oder Belohnung demselben vorseyen: Da aber ein Creiss eine sonderbare Person außerhalb der Creiffstän den zu solchem Amte bestellen würde, mit demselben haben sie auch, wie sie mögen, übereinzukommen; quod salarium, lege publica non definitum, conventione demum cum circuli ordinibus est determinandum, mox exiguum, mox splendidius, pro variis temporum vicissitudinibus diversum. Illius tamen non semper tam accurata fuit observatio, quandoque enim illustres circulorum Duces stipendio maestati fuerunt militari; Wolff Comes Montfortensis singulis mensibus stipendum 300 thalerorum 1531 accepit; Franconici circuli Duci, Comiti Georgio Ludovico Comiti Seinsheimensi 1563 stipendum 1200 thalerorum singulis annis solvendum ordines huius promiserunt; in circulo Rhenano superiore Reinhardus Comes Palatinus salario 1200 Florenorum gavisus est; Christianus circuli Saxonici inferioris Dux & Princeps Brunsvicensis 1619 tempore pacis annum stipendum 2000 thalerorum, tempore belli vero 3000 Florenorum, singulis mensibus exsolvendorum meritus est, MOSER l. c. p. 109, 146, 187, 219.

S. XXII.

DUX CIRCVLI POTEST TVM SESE MVNERE ABDICARE TVM REMOVERI.

Munus Ducis Circularis collatum supponit pactum, mutuo consensu inter ordines circuli cuiusdam, & eum, in quem haec dignitas est collata, initum; mutuo igitur dissensu dissolvi potest; ex quo sequitur, ut tum Dux circuli hoc officio se abdicare possit, tum etiam ordinibus circuli ius sit & facultas, electum circuli ducem dimittendi; quaedam tamen a Duce resignaturo, in ipsis Imperii legibus praescripta,

scripta, sunt observanda. a) Hanc suam renunciationem Directoribus circuli indicere tenetur, & quidem b) sex mensibus ante, quam se hoc munere reapse abdicat, c) primo demum elapo anno imperium hoc circulare deponere ipsi est integrum; haec omnia confirmat R. I. AVG. 1555 S. 74, verbis: „Ueberdem soll auch jederzeit zu der Creiffständen Willen und Gefallen stehen, nach ihrer Gelegenheit einen Obersten seines Amts zu erlassen, und einen andern an seine statt zu setzen; entgegen auch der Obriste zu solchem Amte nicht für und für verbunden, und dasselbe nicht länger, dann es seine Gelegenheit, doch nicht weniger, als ein Jahr lang, solches zu tragen schuldig seyn, & §. 75 „, und da einer diesem Amte nicht länger vorseyn wollte, sollte er dem ausschreibenden Creiffürsten solches sechs Monate zuvor zu erkennen geben, die andern Stände zu beschreiben. Varia prostant abdicationum a Ducibus circuli factarum exempla; In Circulo Bavario 1598 Guilielmus Dux Bavariae; in Franconico 1563 Georg. Frider. Marchio Brandenburgico-Onoldinus, 1572 Georgius Ludovicus Comes Seinsheimensis; in Suevico 1591 Ludovicus Dux Würtembergiae, in Circulo Saxonico inferiore 1622 Christianus Dux Brunsvicensis munere Ducis circularis sese abdicarunt; Litteras, quibus hic ultimus Directorem eiusdem circuli Christianum Guilielnum, Archiepiscopatus Magdenburgici Administratorem abdicationis huius interponendae d. 10 Decembr. 1622 certiorem fecit, inferuit LONDORPIVS T. III. Act. publ. l. 8 Cap. 89 lit. A. p. 914, 915; aliae litterae, cum mora in reddendo responso iniiceretur, ab eodem Duce Circulari Christiano ad utrumque sui circuli Directorem d. 29 Decembr. 1622, & reliquos circuli Saxoniae inferioris status d. 30 Decemb. 1623, d. 31 Jul. 1624 conscriptae legi possunt ibidem lit. B. C. E. p. 915, 917; Tandem circuli consensum, teste Recessu Lüneburgensi d. 30 Mart. 1625, quem exhibet LONDORPIVS Lit. H. p. 919, obtinuit. Quodsi ordines cuiusdam circuli admissionem Ducis sint meditaturi, non ipsis necesse est, rationes decernendae dimissionis allegare, ne dicam probare; verba R. I. AVG. 1555 modo allegata ordines, circuli Ducem dimissuros, ab omni causarum iustiarum tum allegatione, tum deductione liberant. Nec assentire possum acutissimo JCto, GOTTL. GERH. TITIO, qui in Specim. Jur. publ. l. 3 Cap. 3 §. 22 p. 622 statuit, Ducis Circularis dimissionem, absque periculo in circulum redundaturo, vix fieri, adeoque omnem huius quaestionis discussionem plane esse abundantem. Interea, quod ingenue fateor, nullum Ducis Circularis dimissum exemplum mihi est cognitum.

S. XXIII.

§. XXIII.

OFFICIVM DVCIS CIRCVLI CONSISTIT a) IN TVTELA
PACIS PVBLICAE.

Prima officii, quod Duces Circuli sustinent, pars consistit a)
in tutela pacis publicae; siquidem constitutio & electio Ducis Circularis statim post perfectam Germaniae in decem circulos divisionem, cuilibet circulo per leges Imperii tam graviter iniuncta est, & in locum ducum, a statibus, foedere ad tuendam pacem publicam iunctis, constitutorum (*der Bundes-Hauptleute*) successit. Omnia igitur media, quae ad dissipationes compescendas, vim pugnantium privatam reprimendam, pacem publicam tuendam, conservandam, promovendam faciunt, eligere & casibus applicare tenetur obvenientibus. Quoties ergo turbae priuatae, contentiones, & concertationes enascuntur, vel ad minimum metuenda sunt, toties providere debet, ne ulterius serpent, salutem circulorum publicam disturbent, quin potius, ut omni, qua fieri potest, tum fortitudine tum prudentia sopiantur, sopitaque exstinguantur. Qua ex caussa providam in omnem, cuius Dux est electus, circulum, inspectionem habet, ne securitas eius publica quid capiat detrimenti; reliquos ordines circulares primo quoque tempore sibi imminentis periculi reddit certiores, convocat ordines circuli sibi adjunctos, Germanice stylo publico die zugeordnete; consilia cum illis de restringendis obortis in circulo internis motibus confert, status circulares de submittendo auxilio monet, militem circularem parat, colligit, eorum copiam definit, & in turbatores pacis publicae educit, vel educendos curat: confirmant haec omnia leges Imperii publicae, in primis r. i. AVG. 1555 §. 60 verbis: „*Und soll der gesetzte Obrist - - - fleißiges Aufmerkens haben, ob und wo sich eine Kriegs- Empörung, Musterplätze und andere Rottirungen in demselben Kreiss ereignen wollen - - Soll alsdenn derselbig Obrist zum förderlichsten, auch auf Ansuchen eines Standes seinen Kreiss zugewandt, gegen den sich was beschwerliches zutrüge, oder von sich selbst, unersucht, nach Gelegenheit der fürstehenden besorglichen Gefährlichkeit unverlängert, die ihm zugeordnete an einen gelegenen Ort zu erfodern.*“

§. XXIV.

b) IN IMPERIO IN MILITIAM CIRCVLAREM.

Armis belloque pax paratur; sine milite concissa pax publica restaurari non potest. Cum tutela ergo pacis publicae Duci Circulari
concre-



concredita, non potest non Imperium in circulo militare coniunctum esse; quatenus ergo ad tuendam pacem publicam, in casu Imperii legibus definito, Imperio militari opus est, eatenus hoc Ducis Circulari denegari nequit; excitatus iam saepius R. Imp. Aug. 1555, §. 60, summam Imperii Ducis vindicat, ita tamen, ut illud adiunctis Circuli in consilium vocatis exerceat, verbis: *darauf sie der Oberste und zugeordnete in demselbigen solche Hülfe durch sie bedacht, von einem jeden Stand seines Antheils zu erfordern Macht haben.* Extra vero turbatae pacis publicae aut executionis perficienda casum Imperium hoc militare Ducis Circulari adscriptum quiescit, exercendum a summo militiae circulari praefecto (*dem commandirenden Kreis- General*) Quam ob rem militia Circularis Ducis non minus, quam summo praefecto subest; Curatius perpendas velim, quae inserta sunt MOSERI Reichs-Staats-Handbuch I. II. §. 1. p. 216. Difficile tamen saepius & hic est iudicium finium regundorum.

§. XXV.

C) IN IURE PERSEQUENDI CIRCULATORES ET PALANTES PER TOTUM CIRCULVM.

Hoc praecipuum expressae imperii leges Ducis quidem non vindicant; Cum vero praecipue huius officii ratio in securitate publica, per totum circulum conservanda, optimo iure est ponenda: nemo sanus umquam dubitabit, *ius errones*, circulatores, palantes, *per totum circulum*, milite circulari, etiam in alieno territorio (*das Streifen durch den ganzen Kreis*) persequendi, Circularum Ducibus adscribere; quorsum iam R. I. AVG. 1555, §. 35, 37, R. I. AVG. 1559, §. 2, inclinarunt; quod ius exercuit Dux Würtembergiae ut Dux Circuli Suevici, & omnem curam adhibuit, ut hic circulus erronibus, circulatoribus, palantibus, Zingaris, qui omnes in legibus Imperii *einjählig Reisge, Fussknechte, gardende Herrenlose Knechte, Landfahrer, Sänger, Reimen-Sprecher*, R. I. WORMAT. 1495, R. I. AVG. 1555, §. 100, REFORM. POLIT. 1530 tit. 36, 37, 38, vocantur, purgetur, IOAN. FRID. MOEGLING de circul. edit. contra personas palantes, in specie Zingaros, Iauner, und Spitzbuben §. 4 p. II. PETRVS MÜLLER de iure facinorosos sequela praefect. persequendi cap. II. §. II.

§. XXVI.

§. XXVI.

d) IURE IMPEDIENDI ILLICITAS MILITVM CONQVISITIONES.

Ius impediendi per totum circulum illicitas militum conquisitiones, leges Imperii disertis verbis duci vindicant, R. I. SPIR. 1570 §. 14, R. I. RATISB. 1576, §. 36, 45, R. I. AVG. 1580 §. 40, modumque praescribunt, quomodo tales militum, (quid vetat, quo minus emigrantes in coloniam in exteris regnis instaurandam, deducendos militibus adiungam?) conscriptores cautione in ipso circulo praestanda; vel, si cavere non possint, deductione in carcerem compescantur; Providere enim tenetur Dux, ne flos iuventae circulo praecidatur; Conspirant mecum SCHWEDER l.c. §. 15 p. 163, IOANNES LIMNEVS *Iur. Publ. I. R. G. tom. 4. in addit ad l. I. cap. 7. n. 23. p. 52.* ULRICH l.c. §. 3. Num. 1. p. 61.

§. XXVII.

e) IURE EXSECUTIONES SENTENTIARVM S. I. TRIB. PERFICIENDI.

Inter praecipuas muneras, quod Duces Circulorum sustinent, partes, optimo iure referendum est ius, sententias in supremis I. G. tribunalibus latas exsequendi, ipsis statim a primis huius officii initis per expressas Imperii leges adtributum, Rec. Imp. Trev. & Col. 1512 §. 9 verbis: *Dergleichen sollen die Hauptleute und ihre Zugeordnete der Zirkel, mit Vollziehung der Urtheil, so am Kammergericht gesprochen, und in ihre Kraft gegangen, und dann die Executorial darauf erfolgt - - helfen, damit solch Urtheil vollzogen werde; Erklärung des Landfriedens 1522 tit. 14 verbis: sollen eines jeglichen Creises - oder Zirkels-Hauptleute - - zu stattlicher Vollziehung des - - Bescheid, Befehls - - solcher Execution halber, erkannte Urtheil, executorial, und andere rechtmäßige Mandat, und Gebot vollstreckt werden. Confirmarunt id ulterius R. I. AVG. 1555 §. 58-60, 70, 71, ORD. CAM. p. IIII tit. 48 §. 8, Mag der gewinnende Theil - - den Obersten des Creises - - ihren tragenden Aemtern und auferlegten Befehl nach dem anrufenden Theil Hülf ertheilen, tit. 49 §. 1, und nichts desto weniger dem Obersten - - des Creises, unter welchem der ungehorsame Curfürst, Fürst, oder Stand gesessen, die Execution alsbald befehlen und gebieten. Tantum vero abest, ut I. P. O. Art. 16 §. 2, hoc ius exsequendi Ducibus Circulorum ademerit, ut potius ipsis illud confirmaverit, & Directores Circulorum ad concurrens tantum iuris exsequendi exercitium admiserit, verbis: *Imperator ipse - - edicta promulget - - iniungendo tam Directoribus (aus- schrei-**



Schreibenden Fürsten) quam praefectis militiae circularis, (Creissobristen) ut iuxta ordinem executionis, restitutionem cuiuslibet promoveant, & perficiant -- quia Directores Creissausschreibende Fürsten, aut praefecti militiae circularis Creissobristen in causa vel restitutione propria, minus idonei executioni esse censemur, hoc in casu, aut si Directores vel Praefecti militiae Circularis, repudiare commissionem contingat, vicini Circuli Directores, aut Praefecti militiae Circularis eodem executionis munere etiam in alios circulos ad restituendorum requisitionem fungi debeant. Conferatur praeterea Imp. Ferdin. III. editum executionis d. 6 Nov. 1648.

S. XXVIII.

DVBIVM PROPONITVR.

Sed crucem figit Iuris Publici interpretibus, &c, quae §. anteced. ex legibus Imperii prioribus deducta fuerunt, penitus subruere videatur dispositio R. I. N. eiusque §. 86 verbis: Die Execution -- den Creissausschreibenden Fürsten aufgetragen, und -- unverweigerlich vollzogen werde; & §. 160 die Execution -- ausschreibenden Fürsten per mandata exsecutorialia -- von Unserm Kaiserl. Kammergericht aufgetragen und anbefohlen werden, nec non §. 162 mittelst der mandatorum Exsecutorialium an seine Obrigkeit oder Creissausschreibende Fürsten &c. Quum enim in his §§. excitatis nulla ducum, aut praefectorum militiae Circularis facta est mentio, multi JCTorum, inde permoti, statuere nulli dubitant, priores leges per hanc posteriorem plane fuisse abrogatas, nec hodie Ducibus Circularibus ullum sententiarum in Summis I. R. G. tribunalibus latarum executiones perficiendi ius competere, provocantes praeter haec ad continuam nec interruptam Summorum I. G. Dicafteriorum praxin.

§. XXIX.

QVOD REMOVE TVR.

Verum enim vero R. I. N. modo allegatus Duces Circularares a iure sententias, in summis Imperii provocationum tribunalibus latae, exsequendi, dum illorum in §§. 86, 160, 162, nullam expressam fecit mentionem, prorsus non exclusit, multo minus hanc dignitatem abrogavit, aut ad minimum inutilem reddidit, ut hoc officium nominetenus adhuc hodie conferri videatur. Non enim verisimile est, comitia haec, tum temporis Ratisbonae celebrata, munus Ducis circularis tacite tantum abrogare, aut saltim ambitum eius restringere voluisse, vel, ob dispositionem

sitionem pacis Westphalicae potuisse; tantum igitur abest, ut officium hoc militare, tot expressis Imperii legibus in circulis introductum, & in ipsa pace Westphalica confirmatum, dictis §§. R. I. N. abolitum aut restrictum sit, ut potius denuo firmatum, illiusque restauratio omnibus circulis verbis iniuncta gravissimis, constitutisque vel constituendis adhuc circulorum ducibus conservatio & tutela tranquillitatis & pacis publicae sit commendata. En verba §. 178. ejusd. R. I. N. „Setzen und ordnen also, dass der in dem Reichsabschied de „anno 1555 heilsamlich aufgerichtet, und hernach in annis 1559, 1564, „1566, 1570, 1576, 1582, 1594, mit nützlichem Zusatz und Verbesserung „wiederholter Executions-Ordnung -- mit rechtem Esfer und Fleiß nachge- „gangen -- und in allen und jeden Punkten von männiglich fest gehalten, auch „zu dessen mehrerer Versicherung in gesammten des H. R. Reichs- „Creisen die darzu gehörige der Creissochristen und anderer „nach- und zugeordneten Aemter und Stellen unverzüglich, und auf das „längste von dato dieses Reichsabschieds bis auf den ersten nächstfolgenden „Monath September mittelst werkstellender Zusammenkunft solcher gestal- „ten ersetzt werden sollen, damit sie auf allen Fall, und in mehr be- „rührter Executions- Ordnung versehenen und entstehenden Notfall auf „des Creisobersten erstes Erfodern sich alsbald zusammen thun und die er- „beischende Nothdurft wohlbedächtlich verordnen können, & §. 179, und „wann der Creissochrist ist seinem Amt gebührender Wachsamkeit und Auf- „sicht ein Genüge zu leisten ermangeln würde Sc.“ Cum status Imperii de nova exsequendi formula 1673 in comitiis adhucdum durantibus deliberarent, singulare de Duce Circuli, adiunctis, eorumque electione & officio conscriptum fuit caput, IOAN. IOS. PACHNER VON EGGENSTORF vollständige Sammlung aller von des noch fürwährenden teutschen Reichstage, bis anhero abgefassenen Reichsschlüssen, p. I p. 649. Imo in novissimis fationibus, quas vocant capitulationes, Imperatoris art. 12 §. 2. Imperatores fide publica se adstrinxerunt, fe omnem operam esse adhibitos, ut circuli redintegrentur, & politia Circulorum restauretur, verbis: zu dem Ende den Creisausschreibenden Fürsten, und wenn es die Nothdurft erfordert, den andern hohen Creisaemtern die wirkliche Hand biethen. Vera ratio, cur R. I. N. in excitatis §§. 86, 160, 162, in mentione Ducum Circularium expressum non incidet, haec subfuisse mihi videtur, quod tum temporis in omnibus Circulis Directores Circulorum quidem, non vero Duces Circularares exsisterint; ne igitur execraciones perficiendae in Circulis, ubi nulli adhuc Duces Circularares sunt electi, impediantur, ius exsequendi hac ex causa solis Circularum Directoriis, non tamen Ducibus Circularum, in quibus adhuc solent eligi, prorsus exclusis, adtributum fuisse videtur.

§. XXX.

IVDICIVM DE HAC CONTROVERSIA.

Iudicium, quod equidem de hac controversia facio, brevibus huc reddit:
Aut in aliquo circulo iam Duces sunt electi, aut non: hoc casu omnis lis est
supervia.

supervacua, & solis Circularum Directoribus ex imperii legibus exsecutio sententiarum Summorum Imperii Tribunalium est committenda, qui etiam omnia ea expedient, quae ad conservandam in Circulo pacem publicam faciunt, MOSER von der Teutschen Creissvers. p. X. des neuen Staatsrechts, cap. 12 §. 35 p. 478: illo autem casu aut Dux Circuli simul officio Directoris Circularis fungitur aut non: priorem si visionem supposueris, haec JCTorum quaestio nullum plane habet usum; posteriori autem speciem si finxeris, supremis Imperii Tribunalibus integrum est, utrum exsecutionem sententiarum a selectarum Directoribus, an vero Ducibus Circuli, Imperatoris & Imperii nomine velint delegare. Prius si decernitur, tunc Directores committunt Ducis, ut hic, milite Circulari instructus, exsecutionem decretam suscipiat; ille tum exsecutionem promovet, hic eam perficit, maxime cum Directorum circularium officii partes occupatae sunt tum circa convocationem ordinum ad conventus circularies, tum circa omnia ea, quae in expediendis negotiis, totum circulum concermentibus, nomine statuum circularium peragenda sunt, dirigenda, ad quae exsecutio sententiarum referri nequit, nisi speciali delatione fit commissa; nec Directores Circularum, qua tales, deficiente Circuli Duce, usu vel observationi obtinuerunt, ut ipsis integrum sit, rei militari circulari, quippe quae hactenus liberae circularum dispositioni relista est, curandae se immiscere auctices Ducis Circularis supplere, MOSER p. XXIX. des alten Staatsrechts l. 3 Cap. 152 §. 22 p. 278, & p. X. des neuen Staatsrechts Cap. 12 §. 35 p. 478, Liceat nunc meam epicrisin testimonii firmare, ne novatorem agere videar. Provoco igitur ad limitatissimam illam, inslu SERENISSIMI LANDGRAVII HASSEN - DARMSTADTINI typis expressam, & supra §. XII excitatam deductionem, cui praeter alia sequentia sunt inserta verba: „Ob schon in dem „neuesten Reichsabschied §. 160 enthalten, daß die Exsecution durch die aus- „schreibende Fürsten geschehen solle; so ist doch dieses nicht exclusive der Creiss- „Obristen, noch weniger aber mit solcher Restriction zu verstehen, daß Kai- „serliche Majestät oder die höchsten Reichsgerichte, bey etwa sich hierzu erge- „benden besondern Umständen den Ducibus Circularum, wo sie ordentlich „constituirer, die Vollziehung der Urtheile nicht ebenfalls noch sollten commit- „tiren können &c. Consentientem mecum praeterea produco BVRKH. GOTTH. STRVVIVM in Iur. publ. prud. Cap. 5 §. 15 p. 103; Neque, ut mentem meam distinctius proponam, statuo, solis Circuli Ducibus exsecutionem talium sententiarum necessario committi debere, neque contra arbitror, solis Circularum Directoribus, cum plena Ducum, si qui in circulo fuerint electi, exscolone, ius exsequendi attribuendum, esse; neque minus reor, mandata de exsequendo, praete- ritis Directoribus, vel Ducibus Circuli, in quo exsecutio perficienda est, ad alios posse decerni, licet hoc aliquoties sub Rudolpho II. in lite Donawertenfi, & sub Leopoldo intuitu Erfordiae, & in causa successionis Megapolitanae-Gustro- viensis feudalis, reclamantibus tamen Ducibus & Directoribus circularum, acciderit.

§. XXXI.

§. XXXI.

QVOD VLTERIVS EXPOSITVR.

Neque hoc meum iudicium omni usui forensi est contrarium. Sic cum munus Ducis in Circulo Rhenano Superiori restauratum, & Serenissimo Hassiae Landgravio ERNESTO LVDOVICO commissum fuit; transactione inter Directores, huiusque circuli Ducem d. 30 Mart. 1722 inita, hic non plane ab omni confociatione ratione executionis perficiendae exclusus fuit, quin potius a Directoribus Circuli Rhenani superioris in aliquod vocari debet confortum; extractum huius transactionis exhibet MOSES in *Einleitung zur Reichs-Hof-Praxis* p. II Cap. 2 §. 39 p. 276; Ipsum Corpus Evangelicorum, post conditum 1654 R. I. U. its Ducum Circularium, pacem publicam tuendi & executiones sententiarum, in supremis Imp. Tribunalibus latarum perficiendi, agnovit, id quod ex litteris huius Corporis ad Duces Circularum Saxonie superioris & inferioris & Franconici in lite Erfordensi de 31 Aug. 1664 exaratis, EBERHARDVS CHRISTIANVS GVILIELMVS VON SCHAVROTH vollständige Sammlung der conclus. Corp. Evang. p. I p. 526, & aliis litteris d. 2 Sept. 1664 p. 532 infertis patet; quibus addendae sunt epistolae eiusdem Corporis Evang. ad Landgravium Hasso-Darmstadtum, ut Ducem Circuli Rhenani superioris, de 15 Mart. 1727, occasione tumultum Grünstadti obortorum, von SCHAVROTH l. c. p. I p. 728, & in causa Hohenloica d. 29 Maj. 1750, ad Marchionem Brandenburgo-Baruthinum ceu Ducem Circuli Franconici transmisae, von SCHAVROTH p. I p. 817. Nec quis mihi obliquit, in plurimis Imperii Circulis hanc dignitatem Ducis exolevisse, &c. si in quibusdam forsan existat, eam lege quasi successionis ad Directores esse devolutam; verum exolevit quidem in nonnullis, ast non in plurimis Imperii Circulis; in desuetudinem quidem abit hic ibi hoc munus circulare; sed instaurandum est in omnibus Imperii Germanici Circulis; ipse R. I. N. §. 178, huius muneris restaurationem graviter omnibus & singulis circulis inculcat. Si Circulum Bavanicum exceperis, in nullo alio iure hereditario haec dignitas ad familiam Directoris transtulit, & ad illam est adstricta. Potest ergo in reliquis circulis, libera ordinum electione, etiam in alium, qui non est simul Circuli Director, haec dignitas devolvi. Certe, si 1717 tempore decretae & perficiendae executionis in causa Rheinfelsensi princeps Evangelicus Circularum hanc dignitatem in Circulo Rhenano superiore fuisset natus, hoc negotium alium habiturum fuisset exitum.

§. XXXII.

f) IN IVRE CONVENTVS CVM CIRCVLIS ADIVNCNTIS ADORNANDI.

Non minus Duci ius est, urgente necessitate, quoties salutis Circuli exigit, Circuli adiunctorum conventus indicandi, illosque dirigendi, in quibus cum his de tuenda circuli pace publica deliberati, consultat, & optima consilia ad reddendam circulo quietem, tumultibus & turbis interne conciliari, capit; haec praerogativa, quam Circuli Ducum vindicamus, innititur, R. I. Aug. 1555 §. 60 verbis: „Und soll der gesetzt Obrist — zum förderlichsten, auch auf Ansuchen eines „Standes — oder für sich selbst unersucht, nach Gelegenheit der fürstlichen

„den besorglichen Gefährlichkeit, unverlängert, die ihm zugeordnete, an einen „gelegenen Ort zusammen gefordert, welche auch förderlich erscheinen, sämtlich zu berathschlagen und zu erwidgen, wie stark die Hülfe etc. Talia concilia, ubi Duce cum Circuli adiunctis conveverunt, quam plurima celebrata fuerunt, quorum nonnulla cum Recessibus in illis conditis recenset MOSER p. 29, t. 3, cap. 152, §. 28, p. 262; qui tamen conventus iuribus Directorum Circularium in convocandis Circularum Comitiis nihil derogant, quin potius hi in illorum conventus supremam habent inspectionem, & providere debent, ne limites potestatis fibi conceffae praescriptos excedant, STRYCK de iure milit. Circul. Cap. 5, §. 7, T. VII, Oper. p. 595.

§. XXXIII.

DIFFERT DUX CIRCULI a) A SVPREMO MILITIAE IMPERIALIS PRAEFECTO.

Quibus igitur praefectis, haud est difficile, munus Dux Circularis ab aliis publicis Imperialibus & Circularibus officiis, quae cum illo munere aliquam habent similitudinem, discernere. Munus Dux Circularis differt a) a munere *Supremi Militiae Imperialis praefecti* (Germanice *Reichs General-Feld-Marschall*) Illi Imperium habet in militiam Circularis, hic praefect exercitui Imperiali; Illius munus non ex omni parte est militare, huius vero mere militare: Illi cura in primis conservandae in Circulo pacis publicae est commissa, hic tantum omnem rem militarem Imperialem, maxime fervente bello, curat. Unus, tantum in quolibet Circulo constitundus est *Dux Circuli*; Plures vero, inde a tempore reformationis sacrorum feliciter peractae, ob pauperitatem, habita religione ratione, servandam, *supremi militiae Imperialis praefecti* constituti debent, plerumque duo, quandoque plures; Hodie quatuor sunt, quibus sumnum in exercitum Imperialem imperium est commissum, aequali iure & potestate ornatis: *Hilis sunt antiquiores, si quidem der Reichs-Hauptleute iam in constitutione D. Alberti II. Imp. 1438 promulgata mentione initiebantur, cum dignitas ducis in circulo demum sub initium See. XVI est introducta.*

§. XXXIV.

b) A PRAEFECTO MILITIAE CIRCULARIS SVPREMO.

Multi dantur ICI, illustri laude celebrati, qui munus Dux Circularis & praefecti militiae circularis, Germanice eines Kreiss-Obristen und commandirenden Kreis-Generals confundunt, cum tamen insignis inter utrumque munus intercedit differentia, quapropter maiore cura invicem distinguendum. Illius officii partes praecipue circa tuendam in Circulo pacem publicam internam, circa vim pugnantum privatam repellendam, diffidationes compescendas, inspectionem, ne intestina & civilia in Circulo excitentur bella, circa reprimendas illicitas militum conquistiones; exstirpando expellendoque errores, palantes, circulatorios, istiusque furfuri vagabundos, circa perficiendas sententiariam, in supremis Imp. Tribunalis latarum, executiones versantur. Huic vero cum omnibus hisce negotiis nil est commercii, sed tantum praefect militiae circulari, quam contra hostes maxime exterros educit, rem militarem sub auctoritate Circularum

cotorum curat: Illius officium huius munere est antiquius, splendidiusque, & si forte casus in Circulo emergunt, qui in officium Ducis Circularis influunt, summus hic militiae Circularis praefectus Duci Circulari subest, huius mandata, quatenus cum officio Ducis connexa sunt, exequi tenetur, licet in aliis negotiis militaribus, quae ad munus ducis haud spectant, ab huius imperio prorsus sit immunis, huiusque Imperium adspicari posse; quam diu pax publica in Circulo omni ex parte stabilita floret, *ducis officium*, si a iure exsequendi sententias in Iudiciis Imperii supremis latae discesseris, quasi *quiescit*; Praefecti vero militiae Circularis officium numquam non, tum servente bello, tum restituta pace, est efficax. Illius dignitas quam plurimuis Imperii legibus innititur; huius vero longo usu & observantia invaluit. Ille non omni ex parte conventui Circulari subest; hic verò prorsus a nutu Comitiorum Circularium pendet: Ille in militiam Circulariem Imperium habet, ex legibus Imp. exercendum; hic summam Imperii in omnem rem Circuli militarem, ex Circuli conclusis regendam tenet: Illius est, conventus adiunctorum Circuli indicandi, quae praerogativa huic prorsus est deneganda: In Circalis Franconico, Suevico, & Rhenano superiori utrumque munus, invicem tamen diversum, subsistit: Sic in ultimo hoc Circulo, cum SERENISSIMVS Landgravius Hasso-Darmstadinus LVDOVICVS VIII. munere ducis fungeretur, Praefecti copiarum huius Circuli supremi erant CAROLVS AVGVSTVS Princeps Nasovio-Weilburgensis 1753 de vita decedens, & FREDERICUS Dux Palatino-Bipontinus 1767 morte extensus; & nunc hanc spartam tuetur GEORGIVS Princeps Hasso-Darmstadinus: Plura exempla silentio praetereo. Hoc unicum addendum esse arbitror, Art. 16, §. 2 I. P. O. quidem in mentionem praefectorum militiae Circularis incidere, sed mox horum verborum explicatio repetitis vicibus est subnexa, per illa verba non nisi Duces Circuli die Kreiss-Obriſten esse intelligendos.

§. XXXV.

e) A DIRECTORIBVS CIRCVLORVM ET COMITIORVM CIRCVLARIVM.

Animus non est, longo verborum sermone differentiam, quae inter Directorem Circulariem (*Kreßauschreibenden Fürsten*) & Directorem Comitiorum Circularium, (*Kreßs-Directoren*) intercedit, prolixe investigare, quam praeter alios peculiari libello academico, IOAN. CAR. KOENIG de *insigni differentia Directorum Comitiorum Circularium & Circulorum S. R. I. excusit*. Hoc interim hic observare me oportet. Ab utroque Directore Dux Circuli est distinctus. Ille vel consultationes in conventibus Circularibus instituendas, & res ea occasione curandas, concipiendas expediendasque dirigit, & moderatur, vel etiam omnia reliqua negotia, politiam Circularum, rem militarem, civilem, oeconomicam, politiae, monetariam, convocationem ordinum Circularum promovendam, quandoque etiam perficiendam sententiarum in summis Imperii Dicasteriis latram executionem curat; hic vero tantum ad conservandam, pacem publicam & alia iura, quae §§. XXIII deduximus, exercenda, est adstrictus: Illius officium maxima ex parte est *civile*; huius vero tum *civile*, tum *simil militare*: Illius dignitas *territorio* quasi nunc *inheret*, huius vero ad *personam Ducis*, si circulum Barvaricum

varicum exceperis, est restricta: Ibi exsulat omnis ordinum Circuli electio; haec liberae statum Circularium electioni est subiecta; In omnibus & singulis Imperii Germanici Circulis Directores comprehenduntur, ducos vero in plerisque tantum circulis florent: In antiquioribus sex Circulis plures encomio Directoris sunt ornati; Unus vero tantum in quolibet Circulo Dux est constitutus: Ille comitia circularia indicit, moderatur, dirigit; hic vero tantum conuentus adiunctorum: Director Circuli semper ex numero ordinum Circularium esse debet; haec vero dignitas etiam in eum; qui extraneus vocatur, nec est status Circularis, conferri potest: Illius dignitatis capessendae persona ecclesiastica non est incapax, ad hanc vero clericus vel persona ecclesiastica non potest promoveri: Intuitu illius munera Circularis; non vero huius ratio habenda est religionis: Illo, non vero hoc officio etiam foenia perfungi potest; referente MOSERO P. X. des neuen Staatsrechts cap. 6 §. 26 p. 229 iudicium Imperii aulicum d. 11 Jan. 1771 rescripsit: „Rescribatur Ihro Majestat der Kaiserin Königin, als Kreissauschreibenden Fürstin des Oesterreichischen Kreises.“ Illud officium dignitate Directorum Circuli est antiquius, & illius origo in anno 1512 est ponenda,

§. XXXVI.

MVNVS DVCIS CIRCVLARIS ANTIQVIVS EST MVNERE DIRE-
CTORIS CIRCVLARIS.

R. I. Trev. & Col. 1512 conditus primam des Kreiss-Hauptleuten mentionem injicit. Contra vero prima vestigia munera, quod vocant, Directorialis in Circulis, quod sub prima eius incunabula in iure, ordines Circuli ad Comitia circularia convocandi, in primis consistebat, quantum eidem ex legibus Imperii eruere potui, comprehenduntur in R. I. Aug. 1530. R. I. Ratisb. 1532 cap. 5 §. 2, R. I. Ratisb. 1541 §. 73, R. I. Norimb. 1542 §. 19, quippe in quibus Recessibus nominantur die Opere des Kreises, welche die Kreisstände auf eine Mahlstatt beschreiben; ipsa autem denominatio der Kreissausschreibenden Fürsten prima vice adhibetur in R. I. Norimb. 1543 §. 17, R. I. Spir. 1544 §. 13, R. I. Aug. 1548 §. 78, R. I. Aug. 1555 §. 56, 57. Sunt quidem nonnulli ICTi, qui originem Directorum, ordines Circuli convocantium, ad annum usque 1522 evehunt, ad litteras Caroli V. Imp. declarationi pacis publicae 1522 promulgatae, annexas, provocantes; Verum in his litteris Imperatoris Caroli V non prima munera Directorialis in Circulo origo latet, sed tantum occasio munera, postea demum in quolibet Circulo instituti. A vero non videtur esse alienum, casum illum anni 1522 subsequenti tempore normam constituisse, id quod in Imperio Germanico haud infrequens est, cum haud paulo post sequentibus Imperii legibus Directorialis munera, ut rei iam inolitae nomina occurrunt, prout iam acute colligit auctor meditationis von der Beschaffenheit des Ursprungs der ausschreib. Aemter in den zehn Reichskreisen apud HENR. HENNIGES in meditat. ad I.P.O. spec. 8 mantissa 1 p. 1341; siquidem litterae hae Imperatoriae ad duos cuiuslibet Circuli ordines in genere tantum, non vero ad certos & nominatos statutus, quorum has litteras recipendi praecipua & peculiaris esset praerogativa, directae

directae sunt, illisque de convocandis Circulorum Comitiis, ad eligendos in illis duces mandatum fuit datum, adeoque ad certum modo actum expedendum, neutquam autem perpetua commissio ad functiones Directorum obeundas per has litteras ipsis fuit indulta. Quam ob rem illis ICtis, qui directores Circuli ab anno 1522 deducendos esse statuunt, nequaquam possum assentiri. Constat enim, Imperatorem ipsum ante illa tempora Comitia Circularia convocasse.

§. XXXVII.

d) AB ADIVNTIS CIRCVLORVM.

Adiuncti Circulorum, (Germanice *Zugeordnete*) quorum primus vocatur *der Nachgeordnete*, qui Dux Circularis est quasi Vicarius lege constitutus, eamdem cum Ducibus Circulorum habent originem, quando quidem eorum iam meminit R. I. REV. & COL. 1512 §. II, *Erklär. des Landfried. 1512 tit. III. und welcher geßtalt etc.* R. I. AVG. 1555 §. 56, 57, 76, 77, 78 R. I. RATIB. 1567 §. 61, R. I. SPIR. 1570 §. 8, 10, 11, 14, 17, 22, aliique subsequentes. His adiunctis Duxes Circulorum dignitate muneres sunt eminentiores, illi enim his debent stipulata manu fidem promittere, se numquam non Duxem Circuli comites veneraturos, & omnibus offici partibus fatis, quod est, esse facturos. Dux Circuli non nisi ex ordinibus Circuli secularibus eligi potest §. XVIII, Circulorum vero adiuncti, quo minus etiam ex statibus Circuli ecclesiasticis sufficientur, tantum abest, ut talis electio sit prohibita, vt potius R. I. AVG. 1555 §. 57 verbis: *da aber in einem Kreiß aus den andern Ständen, als Praelaten, Grafen, Herrn und Städten, Personen zugeordnet werden etc.* per quem Receslum declaratio pacis publicae 1522 tit. 3, und *welcher geßtalt*, quoad hos adiunctos, correcta fuit, personas ecclesiasticas capaces dignitatis adiuncti Circularis capessendae declaraverit. Haec sufficient, plura enim annexere, nec animus est, nec temporis ratio nunc permittit.



... et de la morte et de l'empereur en appelle. L'empereur
l'envoie au pape pour qu'il l'autorise à envoyer une armée
contre les Turcs. Le pape lui donne son bénédiction et
l'autorise à envoyer une armée contre les Turcs. L'empereur
envoie une armée contre les Turcs.


IV

... et de la morte et de l'empereur en appelle. L'empereur
l'envoie au pape pour qu'il l'autorise à envoyer une armée
contre les Turcs. Le pape lui donne son bénédiction et
l'autorise à envoyer une armée contre les Turcs. L'empereur
envoie une armée contre les Turcs.





B.I.G.



COMMENTATIO
IVRIS PVBLICI GERMANICI

DE
D V C I B V S
C I R C V L O R V M

CONSCRIPTA

A
CAROLO GVLIELMO
WIPPERMANN

PHILOS. ET V. I. D. HISTOR. GEOGRAPH. ET POLIT. IVRIVMQVE
P. P. O. PRIMAR. ORDINIS H. T. JCTORVM DECANO
ET VNIVERSITATIS LITTERATAE ERNESTINAE
PRO - RECTOR.



RINTELII,
apud IO. BERNH. MÜLLER. 1779.